

TRACTATUS  
DE  
SUBSTITUTIONIBVS  
DIRECTIS.

IN QVIBVS OMNES DOCTRINÆ,  
quas publicis concertationibus Hispalensis  
audivit academia exponuntur.

EASDEM LVCVLENTIORE CONS-  
criptas calamo, omnium, pene dubiorum, quæ  
in re occurrunt, solutiones reddere  
præclaras.

QVAS INTER NONNVLLA TVM EX  
nostro, tum ex Canonico iure decreta occasio-  
nis annuentia desiderijs disse-

~~minantur.~~ *D. Pedro Joseph*  
~~AVTHORE~~ *Avila*

D. D. IOANNE PAVLO RAMOS, ET OBREGON  
Vtrerenfssi, olim in Perillustri ~~Sanctæ~~ *Sanctæ* Maria à  
Iesu Collegio, Hispalensi Vniverfitate Collega, iam apud  
eiusdem ampliffimi coetus alumnos Violacea Tôgâ diver-  
fante, ac in prædicta celeberrima Vniverfitate nunc post  
Vefpertinam primam de iure Canonico Cathedram mo-

*derante, fî pridem institutionum, ac veteris*  
*Co. alla Li. iuris apices edocente.*  
*libro Li. CVM PRIVILEGIO.*

Matriti, ex Officina Ioannis Garcia Infançon, Typographi  
S. Cruciatæ. Anno Domini 1701.



*CHARISSIMÆ VERBI SPONSÆ, EXIMIS*  
*Dei donis & doloribus soli, vnicæ. Dilectionis victimæ ob-*  
*sequentissimæ, patientiæ, & gratissimæ passionis exem-*  
*plari clarissimo, non brevi mortis compendio, sed diu-*  
*protractis animi, corporisque angustijs lauream. A*  
*supra martyres promerenti.*

**F**RVCTVS patientiæ meæ, tibi, excelsa Domi-  
na, supra omnes mortales patienti, omnibus  
que compatienti ex animo offero. leve qui-  
dem munus, non inficior, sed tibi gratum, quia pa-  
tientiæ munus: quærunt plerumque homines in ijs,  
quorû tutelæ opera sua, & scripta committunt, quod  
in ipsis operi congruat. Hinc de armorum usu Du-  
cibus, de reipublicæ administratione Principibus, de  
gentilitia nobilitate Magnatibus scripta dicantur.  
quæritur avidè patrociniû, & sibi vt provideat, alio-  
rum genijs calamus indulget. Non damno morem.  
sequor potius, & in meliori causa, cum in te, ò Do-  
mina, patienti non nihil, quod operi nostro respon-  
deat humillime intueor.

Vulgare est, omniumque studiosorum experien-  
tia compertum, sapientiam patientia duce, industria  
& labore magistris acquiri. testes advoco nō ethnica,  
non prophana, sed veræ, sacraeque sapientiæ cultor-  
es: *Post industriam sequetur sapientia. Ecclesiast. 10.*  
*Si quæsieris sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesau-*  
*ros effoderis illam, tunc intelliges. Proverb. 24. Compa-*



# TRACTATUS PRIMVS.

## DE SVBSTITVTIONIBVS DIRECTIS

in communi.

N. 1. **D**VO sunt, quæ in cuiusque tituli rubrica agitari solent: primū est continuatio tituli, *l. cū igitur 2. ff. de statu homi.* alterum est verborum tituli explicatio, videlicet in quo sensu accipi debeant, seu quod idem est, quid sit id, de quo in titulo tractatur, *leg. è re 1. ff. de rebus cred. si cert petat, leg. Domitius 27. ff. de testam. leg. ut responsum 15. C. de transf. videas Bald. in pralu. fendo Vigli in Rubric. insti quibus non est permi. facere testa.*

2. Noster ergo titulus, licet alijs verbis, in *insti. ff. & C.* collocatur post titulum de hæredibus instituendis, & ratio huius continuationis

est: nam cum testator possit instituere hæredem non solum in primo gradu, sed etiā in secundo, vt patet, ideo postquam de hæredum institutione in primo gradu facta agitur in *tit. de hæred. instituend.* agitur immediatè de hæredum institutione in secundo gradu, id est, de substitutione. Et nota: quando tractata aliqua iuris materia sequitur alterius materiae tractatio, tunc huius continuationis non debet esse præcisè ad titulum proximè antecedentem, sed sufficit si sit ad materiam antea agitam: at si in vna, eademque materia ponuntur diversi tituli, quilibet debet continuari ad antecedentem, vide *Petr. Barb. tract. posthum. in*